



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,
Liberi Baronis De Furstenberg**

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Ad Clementem IX. Pont. Opt. Max.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

ET PADERBORNENSIS POEMATA. 53

Hadria Loiolidis, quo se tibi nomine debent,
Hospitio dextras junxit, ut ante, suas.
Quam debere tibi gaudet Germania pacem,
Se debere diu non potuisse dolet.
Acrior hoc tangit Rhenum dolor, acrior Istrum,
Quo fuerat visi gratior oris honor.
Scit bene, quas habeat lugendi Vistula causas,
Ille tua posthac destituendus ope.
Scit bene, quas illi dederis in prælia vires,
Seu Geta, seu Moscus Marte petendus erat.
Quæ mihi præstiteris, si persequar, omnibus undis
Amisiis numero sit minor ipse meo.
Talia cum de te peragat præconia Virtus,
Te rapto lacrymis obruor, & fileo.

A D

C L E M E N T E M I X.

P O N T . O P T . M A X .

*Cum Episcopo & Principi Monasteriensi adjutor successorque lectus
designatusque esset An. M. D. C. L X V I I I . pridie Cal. Maias.*

E U C H A R I S T I C O N .

G RANDIBUS immensas tibi debo, maxime
CLEMENS,
Pro meritis grates muneribusque tuis:
Quod tua me populis sacravit¹ dextra regendis
Impositum, Paderæ quos rigat unda meæ:
Quod Mimigarda potens, æquo te judice, nobis
Detulit imperii proxima jura sui;

1. Inter Imperatorem & Galliarum Regem conciliatam Monasterii Westphalorum.
2. An. M. D. C. L X I . VI. Junii. Romæ.